



Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1706

XXXVIII. Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus extitit
impugnare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](#)

nem, vel ex dispositione Juris aut agen-
tium voluntate separari eorumque unum
sine altero consistere non possunt, ut cum
Glossa & Viviane hic, Alciato in l. Sol-
vendo 114. ff. de V. S. observant Covar-
ruias Lib. 2. var. cap. 15. n. 5. Sarmien-
to Lib. 3. Select. cap. & Molina de Primo-
gen. Lib. 1. cap. 21. n. 5. Cū ergo
dici vel conditionis adjectio actus legitimis
formam destruat, ut ad cit. Reg. 40. di-
cetur: eāmque & Canonicae electionis
substantiam accessione laicorum ad clericos,
& utili interrogatione non congrua sive
inutilis responso substantiam stipula-
tio-
nem tollat: & ex agentium seu compro-
mittentium voluntate compromissum in
duos, altero deficiente, non subsistat,
mirum non est; quod in his & rebus in-
dividuis alius utile ab inutili, à quo se-
parari non potest, vitetur.

§. Ex hujusmodi causis Regula locus
etiam non est in duobus delegatis, quo-
rum unus ex causa suspicionis approbata
recusatus est; cū alter, recusato quasi
collega adjunctus, nihil agat, c. Cū
super 23. de Offic. deleg. quod condelega-
tus ipsa suspicionis approbatione amife-
rit jurisdictionem, ex rescripto sibi com-
petentem, c. Jūdex 5. V. Poſt recusatio-
nem, eādem Rubr. in 6. In sententia ju-
dicis de summa jurisdictionem suam ex-
cedente (sine partium conventione) pro-
nuntiantis; cū ejus sententia invalida-
sit etiam quoad summam minorem juris-
dictioni suae respondentem; quod sen-
tentia super una eadēmque re lata valere
pro aliqua, & pro alia parte non valere
non possit, l. In hoc 27. ff. Famil. bercise.
Peckius hic n. 12. In donatione bono-
rum omnium præsentium simul ac futu-
rorum; ea enim irrita est, licet solorum
præsentium, aut futurorum duntaxat
bonorum donatio subsistat; quod utro-
rumque donatio, si valeret, donatori adi-

meret facultatem testandi, Baldus in l.
fin. C. de Paſtis & Gaill. Lib. 2. obſervat.
11. n. 10.

Ex iisdem & speciali etiam ratione 6.
in totum irrita sunt reſcripta ſive literæ
Apostolicae in una parte continentis fo-
lœcīlīm ſeu vitium conſtructionis, aut
phrasin a ſtylo Curiae alienam, c. Ad an-
dientiam 11. de Reſcript. quod ex ejus-
modi vitio oriatur vehemens ſuſpicio ac
præſumptio, literas à ſede Apostolica non
emanare, ut Lib. 1. tit. 3. n. 100. eſt di-
ctum. Deinde fidem & probandi viam
omnem amittit testimonium, cujus pare
aliqua falſa deprehenditur, can. Pura 17.
ibi. Totam testimonij fidem pericula menda-
cio decolorat, 3. q. 9. Demum instrumentum
Notarii, unius partiſitatem
comperit, totum corruit; ut partibus e-
tiam ſeparatis fides non habeatur, arg.
can. Si ad ſcripuras 7. difſ. 9. Glossa fin.
ibi. Et in c. Quantū 5. V. Abſentium, de Ila,
que à Prelat. Ratio utriusque eſt; quod
fides testis ac notarii ſit omnino indi-
viduabilis, arg. can. cit. ac proinde in una
testimonii vel ſcripturæ parte apparet
falſitas testimonii & instrumenti fidem
totam labefactet, & merito reddat fuſpe-
ciam, Peckius hic n. 5.

REGULA XXXVIII.

*Ex eo non debet quis fructum
consequi, quod niſus extitit im-
pugnare.*

SUMMARIUM.

1. *Sensus & ratio Regule;*
2. *Qua declaratur exemplia,*
3. *Exigēs, impugnationem completam,*
4. *Voluntariam, factamque ſuo nomme,*
5. *Et contra eum, contra quem ex ea
fructum consequi vult.*

I i i i 2 Explica-

1. **E**xpliatio aut applicatio quædam est hæc Regula. *Quod semel plauuit, displicere amplius non potest,* quæ est 21. ex declaratis.

Sensus propositæ planus est, *Qui legem, rescriptum, instrumentum, aliamve dispositionem &c. in Judicio semel impugnavit, fructum aut commodum ex ea perdere, sive eā pro se uti jure non potest.* Ratio est partim; quia aliquid impugnans, id invalidum injurium est; atque idcirco ad fructum & commodum ex eo percipiendum non proficeret, contendit: quale si est, sicut aliis, sic ipsi quoque prodebet non potest; cùm *Quod quisque juris in alterum statuit, ipse uti debeat eō:* *Sapientia dicit autoritas, Patere legem, quam tu ipse tuleris, &c. Omnes 6. de Constitutione.* partim vero; quia aliquid impugnans, id tanquam inutile reprobare ac rejicare; itaque juri, si quod ex eo sibi competeteret, renuntiare censemur, &c. *Olim 19. de Censibus:* ad id autem, quod quis renuntiandum putavit, redditus ei à Jure denegatur, &c. cit. *& l. Si quū 11. C. de Reb. credit.*

2. Atque hinc is, qui Decretales alias que Constitutiones Apostolicas & Canonicas sanctiones esse authenticas temere inficiatur, ex earum allegatione subisdum & causa sua patrocinium sperare non debet, arg. can. 1. diss. 19. qui fidem pactionis violavit, ut illa ab adversario custodiatur, exigere non potest, *l. Quis fidem 16. ff. de Transact. qui instrumentum quasi falsum oppugnare est nisus, & pro se uti non permititur &c. Olim cit. &c.* qui testamentum falsum aut inofficium improbe dixit, non solùm ex eo nihil consequitur: sed, quod fortè consecutus est, ipsi ablatum fisco addicitur, *l. Papinianus 8. §. 14. ff. de Inoffic. test. & l. Post legatum 5. §. 1. ff. de His, quæ ut indignum, cum impugnando fundamentum juris sui ei*

videatur renuntiâsse, &c. cit. Aliud est, si filius testamentum non ut falsum, aut inofficium, sed ut non Jure factum, sive minus solenne impugnare esset nisus; cùm tali legatum non admatur, §. 1. cit. & l. *Si testamentum 24. ff. de His, quæ ut indignum.* Ratio discriminis est; quod testamentum falsum aut inofficium dicens impugnat ipsum defuncti judicium & voluntatem: & hanc vel omnino deficeret, vel defunctum sanæ mentis non fuisse, contendere videatur, *l. Hoe colore 2. ff. de Inoffic. testam.* ac proinde non solam institutionem, sed legata quoque impugnâisse: non etiam, qui testamentum dicit minus solenne; cùm ei non solenniter testamento relicta deberi possint, *Dynus bīc n. 4.*

Porro, ut huic Regula locus sit, ne. 5. cessarium est; ut impugnatio non solùm inchoata, sed usque ad sententiam definitivam, licet conatu vano & sine effectu si perducta, §. 14. cit. si enim ante hanc latam liti in totum renuntiando desistere, in eo, quod impugnavit, se fundare ex eoque commodum percipere non prohiberetur, *l. Alie 8. C. Quibus ut indignum, quod errorum suum agnoscenti ac paenitenti veniae locus non denegetur, can. Quanto 2. q. 4.*

Deinde requiritur; ut id impugnare 4. nisus sit voluntariè suóque nomine, non coactus officii necessitate & nomine alieno; cùm tutor & curator, qui ex officio suo & pupilli vel minoris nomine testamentum tanquam fallum aut inofficium impugnârunt, legatum eō sibi relictum capere possint, *l. Adversus 30. §. 1. ff. de Inoffic. testam. & l. Quadam 26. C. de Administr. tut. ne officium suum ipsis sit damnosum & unde præmium meruere, dispendium patientur, contra Regulam c. Cum non deceat 30. pr. de Elect. in 6. & c. Pervenit 2. de Fidejuss. Demum,*

Demum, licet in eo, quod impugnare nisus est, se fundare quis nequeat contra cendem, contra quem id impugnavit: contra tertium tamen aliquem ipsi ejus usus Iure non denegatur: cum regulariter inter aliquos acta alii non præjudicent. *e. Quanzus 25. de Sent. Et re iudic. Et l. Inter 2. C. Quibus res judic. non nocet, Peckius bts n. 5. adul.*

REGVLA XXXIX.

*Cum quid prohibetur, prohiben-
tur omnia, quæ sequuntur ex
illo.*

SUMMARIUM.

1. Diversa haec est à Regula 84. infra,
 2. Et à Rescripto l. Non dubium s. C.
de LL.
 3. Ejus sensus declaratus exemplis,
 4. Firmatur ratione,
 5. Et difficultatum objectuarum compla-
natione.

I. **S**imilis huic primō occursu videtur Regula, *Cum quid unā viā prohibetur salicet, ad id alia non debet admitti,* quae est 84. in 6. Sed primō tantum occursus; qui attentiori mentis oculis estimata affinis quidem, sed diversa omnino appetit; *cum istā aliquo prohibitō unā, per viam seu media alia, per quae ad prohibitum pervenitur; illā verò & præsentī Regulā sequentia sive, quae ex prohibito sequuntur, prohibita affran- tur.*

- 2.** Propius ad præsentem accedit Rescriptum Imp. Theodos. & Valentin. Cæs. I. Non dubium s. C. de LL. quō, cū patetis & contractibus contra legis prohibitionem initis valorem ademissent, Impp.

hæc verba subjecerunt. Sed etsi quid fuerit subiectum ex eo, vel ob id quod interdicente lege factum est, illud quoque casum & iniuste esse precipimus. Ab imperiali tamen hoc rescripto Regula nostra etiam recedit; quod ista solam actus dishonestatem, illud etiam nullitatem ad sequentia trahat.

Sensus ergo Regulae est, *Quando* 30
aliquid Jure prohibitum est, prohibita cen-
suntur omnia, que ex eo, non quomodo
cunque & merè contingenter ac possibili-
ter, sed ordinariè & properat quandam con-
nexione ac dependentiam ab illo necessa-
riò sequuntur, sicut si illud prohibendi
ratus etiam contra bac militet ac perseve-
ret. Ita certè, prohibito elu carnium in
Quadragesima, eorum etiam, qua femen-
tinam carnis originem trahunt, puta, o-
vorum, casei, lacris comedio inhibita olim
can. fin. V. Par autem, disf. 4. & hodie
quoque intelligitur in provinciis, in qui-
bus à primava sacri Jejunii institutione
& prisca obseruantia non, ut Germanæ
nostræ non optimis moribus, est recessum.
Sic moechia ad omnem illicitum concue-
bitum, can. Meretrices 32. q. 3. & Con-
cupiscentia prohibitorum ad omnem illicitum
rerum alienarum usurpationem &
conrectationem, lucrificiendi causâ fa-
ctam, extenditur can. Pœnale 14. q. 5. &
l. 1. ff. De Receptat. & ibi DD. Sic etiam
pater spurius instituere prohibitus ei
alium, aut alii ipsum substituere nequit.
l. 1. C. de Natural. lib. Gaill. Lib. 2. Ob-
servat. 115. n. 4. & cuius in iudicio per-
fona reprobatur, non recipitur scriptura,
can. Fraternitatis 4. de Hæret. Sc.

Ratio horum omnium & Regula
desumitur ex consequentia cum ante-
cedentibus connexione ac dependentia;
cum connexorum idem sit iudicium, &
Translatio 3. de Constitutis. & quæ ita ex a-
liquo sequuntur, ejus sine accessoriis
Li. 3.

L i i i 3 quan-